

Werk

Titel: Speculum Jesuiticum, hoc est, Demonstratio Esauitic[a]e profanitatis, Pelagianae ...

Untertitel: 1. Ethnicos fuisse naturaliter Christianos. 2. Fundum articulorum fidei esse rati...

Autor: Zephyrius, Ernestus

Verlag: Schurerus; Gorman

Ort: Witebergae; Witebergae

Jahr: 1607

Kollektion: VD17-nova

Gattung: Ordensliteratur:Jesuiten

Werk Id: PPN668481412

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN668481412|LOG_0026

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=668481412>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

nitatis) est finitum: comprehensibile est incomprehensibile, & contra: Ineffabile est effabile & contra: Eterna unitas SS. Trinitatis est non aeterna, id est, unitas transcendentalis Metaphysica, creatum (unum omne Philosophicum) est increatum: Dependens (unitas rationis primordialis & incunabulis nata) est independens, id est, verum est falsum, & contra falsum est verum: mendacia est veritas.

Logicam unitatem Genericam non affirmabit. Suita, nisi omnem λόγον ejus rasse videri velit. Valeat igitur unitas Ethnicis nota, Mathematica, Metaphysica, Logica, nec cū Sacro-sancta, tremenda, adoranda, veneranda SS. Trinitatis, ratione essentiae, unitate confundatur.

SECTIO VII.

Opposita cap. 5. Demonst. dogma: Gretzeri, ostendens Pelagianismum Sujicum, ex eo, quod resurrectione carnis ex principijs rationis demonstrare conatur Jesuita.

Continet totum caput 5. Pelagianismū

T 2 Gre-

Gretzeri crassissimum, communem tam
men Scholastico Thomæ, Iesuitis, Fonse-
cæ, Bellarmino.

Societas Sviticae Petrus ille Fon-
pag. 415. seca ex Thoma excerpit flores Pelagia-
ni surculi, & institutionibus Logicus in-
seruit: sicut c. 20. l. 7. Logiq ille suiticq
scribit: Ex forma essentiali ducuntur
haec argumenta: Anima rationalis
immortalis est & habet naturalem ad
corpus propensionem, in quo creata
est. Ergo si absurdum est appetitum
naturale in omnem æternitatem
impediri, & frustrari, sane aliquando
corpus animæ separatae jungetur &
copulabitur. D. Thom. contra Gentes.
Bellarmine cap. 3. lib. 1. de purgatorio
disputans contra Brentium, pia memo-
riae, ita scribit: Cum anima rationalis
sit vera forma corporis, & proinde vera
pars hominis, non est verisimile, Deum
voluisse animam perpetuo vivere sine
corpore. Iesuita Suar. Tom. 1. Met. ita scri-
bit: Si obijcas sequi etiam formam
substantialem reproduci eandem nume-
ro &

p. 705.

*ro & naturaliter idem individuum,
quod est dicere, resurrectionem posse
naturaliter fieri, Non desunt, qui id
concedant, ut videre est in Paulo Ve-
neto lib. 2. de generatione.*

Verum, prob Deum atq; hominum
fidem, quid est, si hac non Pelagi
crambe reposita est. Age cum grunni-
ente grege Suitarum in arenam descen-
damus. Dicite Suite, etiam sues re-
surrectiones fore compotes, quia & illæ
habent animas corporis sui salutem, do-
micilium naturaliter appetentes; vel
affirmate, Materiam primam, etiam
suum, (Suitarum etiam) corporibus cō-
munem, appetere formam suam non ali-
ter ac fæmina appetat marem, Mate-
riam autem illam esse ἀγένητον, ἀπόδισ-
τον, eternam, appetitum ejus eternum,
ideoq; non posse frustrari illud desideri-
um, sed necessario animam sensitivam
& vegetativam reddendam esse corpo-
ri, pro lege illi inviolabili illius appeti-
bus.

Pudeat vos Suitas ex hara jam
T 3 jam

jam prorumpentes, tanti fætoris. Thomas Scholasticus abiens à se & Suitis, abhorret à tali vestro Pelagiano ructu, ut videtur: ille n. cum aliis Scholastici disputat, Nō posse hominem cognoscere idem objectū simul per fidem & deinde evidentem rationis notitiam, vel nō posse eandē ré simul esse fidei & rationis. Ratio assertionis in promptu est: Impossibile enim est, idem cognosci simul & semel, evidenter & inevidenter. Fides est ἔλεγχος τὸ θεοπομένων, argumentū eorum, quae non videntur.

Athanasius: Si n. ratio Mysteria non carperet, sed fides de re e- caperet. Si ratio videret luce sua natu- videnti con- rali, ea, quæ fide capiuntur, non essent ve- cepta non est rē & merē Mysteria: Ecōtra quacunq; fides, sed quæ in impossibi- ratio novit, videret, intelligit, illa evidē- litatem, robur ter novit, ita ut lux ejus naturalis eisdē in imbecilli- tate, in par- affulgeat, eadem collusret, ambiat & vitatemagni- quasi lambat. Verū res Misticas (Deus eudinem cre- unus est trinus, caro resurget) non potest dit,

evidēter luce illa perlustrare, quia ad il- las collatæ & applicatæ rationis vñpua est tenebrarū abyssus, adeò ut cœcutiat,

& sine

¶ sine Christi luce Nihil possit Ioh. 15.
nec idonea sit ex se cogitare aliquid boni, vel Mystici. Confer, Lutherana &
pia juventus, B. Lutheri comm. in c. 15.
I. ad Corinth. & videbis, Elenchem illum
Theologicum rationi non renata ne $\chi\mu$
(contra quam Gyzerus $\chi\mu\zeta$ cap.
facit) in notitia resurrectionis cōcedere,
& sic disces Pelagianismi novi nova
incunabula & primordia evitare.

Sed plura rationum momenta pensi-
temus, quibus ostendamus, rationē sibi
relictā, non renatā, ne $\chi\mu$ posse conciper-
re, probare, vel demonstrare in articulo
resurrectionis, immo illam illum audacter
& constanter negare. i. Paulus ita cate-^{1.} Thess. 4. v.
natim cōnectit resurrectionem Christi, ^{2.} omnes
Christianorū fidē verā, ut alterū sine al. resurrectionis
tero concipi immo etiā negari non possit. ^{3.} nullam habet.
Cor. 15. v. 12. 13. 14. Beatus Lutherus hāc
catenā elegāter cōnectit. To. 6. Ien. 224.
B. Qui Deum, ipsius verbū, Baptismū, Evangelium
negat, ille etiā facillime negabit resurrectionem
mortuorum: Item: Hac invicem connectuntur,
verbum Christi & Apostolorū, Christianorū fides.
Dei veritas, Majestas, ut alterū sine altero men-

daciū argui non posſit. Quia autem illa fixa & firma ſunt, etiam certum eſt resurrecturos mortuos, quia ita reſurrec-
tio verbo Dei & Christianorum fide
comprehensa eſt: ſic catena fit, qua o-
mnia ex ſe in vicem dependent, unum
ex alio promanat, ut dicendum ſit;
quam verum eſt Deum, Christum vi-
vere, Christianorum fidem & conci-
ones eſte veras, tam verus eſt articu-
lus de reſurrectione mortuorum.
Haec tenus Lutherus.

Stet igitur major invicta, nixaro-
bore Spiritus sancti.

Quicunq; negat Deum unum &
trinum, Christi reſurrectionem, Christi
Evangelium, Apostolorum praconia-
rum: Ille negat reſurrectionem mortuo-
rum: Ee contra.

At qui ratio non renata, cœca,
Ethnicus omnis non renatus ſolum e-
jus ductum ſequens, ſemper negat
Deum unum & trinum, Christi reſur-
rectionem, Evangelium, fidem totam
Apoloſticam.

Ergo

Ergò negabit ubique resurrectionem mortuorum. Minorem non negabit Iesuita, nisi contrariari velit Paulo, & dicere, rationi verbum Dei non esse stultitiam i Cor. 2. v. 4. imò Christum resuscitatum Ethnicis non esse scandulum, vel Ethnicum Festum, non dixisse, Act. 25. v. 19. esse dauidapiecor, superstitionem de quodam Iesu defuncto, quē mentiantur Apostoli vivere: vel denique dictitare, Philosophos non risisse Paulum de Christi resurrectione concionantem, Act. 17. & 18.

2. Quicquid implicare contradictionem videtur rationi, illud eidem videtur simpliciter falso, absurdū, impossibile.

Resurrectio mortuorum implicare rationi omnium Ethnicorum videtur contradictionem.

Ergò simpliciter falsa, absurdā, impossibilis.

Minor probatur. 1. testimonio Sui-
tæ Bellarmini ἀυτοκαταχείτου: ita Tom.
3. cap. 3. lib. 3. de Sacram. Euchar. scri-

T 3 bens

bentis : Mysterium resurrectionis mortuorum , semper Philosophis impossibile visum est. In hoc Mysterio id maximè difficile est , ut unum & idem individuum bis fiat ; Si enim bis fit , quomodo non duplice actione ? Si duplice actione , quomodo non sunt duo ? Nam effectus per se ab actione dependet , ut ejus terminus . Item : Creatio & annihilation à Philosophis videntur , & contradictionem implicare creduntur .

Qui negat corruptum idem numero redire posse , negat veram resurrectionem , eamq dicit impossibilem .

Ratio non renata negat , idem numero redire posse .

Ergo negat resurrectionem .

Major extra controversia aleam est posita , in schola Christiana Job . 19 . vide Lutherum Tom . 6 . Ienen . p . 246 . B . ubi ostendit , non aliud novum corpus creatum iri à Deo , sed eundem , eundem Paulum , Petrum , resurrectum .

Minor apud omnes meretur assensum

fum, qui non Pelagiano fermento sunt
inquinati: sed lubet eam paucis illu-
strare.

1. Fonseca Esauita, Tom. 2. Metap.
p. 553, illud fatetur. Toletus, Suita, A-
croam. p. 339. pronunciat contra Plato-
nem, item Scotum, viribus, naturæ nul-
lo modo posse corruptum reparari: Ras-
tio: motus est idem cum re, cum termi-
no, sed motus non potest idem numero
naturaliter reparari: Erga nec res:
Nam motus hic dependet ab hoc tem-
pore, ut dicit Aristoteles. 5. Phys. at tem-
pus non potest naturaliter idem repar-
ri: aliter enim præteritum esset præsens.

Vide Scaliger. Exer. 307. p. 985.

2. Ratio adeò cæca & stulta est, ut
Dei etiam absolute potentia idem ne-
gare audeat, videlicet individui ejus-
dem reductionem. Jesuita Suarez.
Tom. 1. Metaph. fatetur, Durandum
Philosophum subtilem, rationem excus-
tam habentē, negasse in ordine ad po-
tentiam Dei poluisse, hanc necessita-
tem, non reproduci idem numero.

acci-

accidens corruptum. Esauita Tole-
tus, lib. 2. Gen. quæst. 13. p. 339. refert ita
Marsilij opinionem, Philosophi sanè a-
cutissimi: Marsilij q. 20. sententia fuit,
Et aliorum redire eadem quæ corru-
pta sunt simpliciter esse impossibile,
adeò ut de potentia Dei absoluta, sie-
ri non possit.

En pulchram bestiam, rationem nō
renatam.

3. Sanè pallium aliquod rationi cir-
cundare quis posset. Lyra enim comm.
ad cap. 7. Iobi ita scribit ad versum 7.
8. 9. Memento, quod ventus est vita
mea: ventus enim transiens deficit, Et
non revertitur idem numero: Nubes
consumitur Et pertransit, quia non re-
vertitur eadem numero: Addit dein-
de: Hæc sententia Iobi concedat fidei,
Et sententia Aristotelis 2. degenerat.
qui dicit expressè, quod ea, quæ sunt in-
corruptibilia redeunt eadem numero
per motum, ut Sol, Luna, Stella: Sed ge-
nerabilia Et corruptibilia, non redeunt
eadem numero, sed specie: Hoc etiam
di-

dictum non contrariatur articulo re-surrectionis futuræ, tum quod illa re-surrectio non siet per motum vel muta-tionem, sed divinam virtutem, quæ po-test agere sine motu & transmutati-one. Toletus Iesuita lib. Gen. & corr. 2. com. itidem distinguit, & ait Deum cum non agat per motum & mutatio-nem, posse eandem rem reparare sine tempore & motu.

Suarez subtilissimè Tom. 1. Metas phys. ostendit divinam potentiam posse eandem numero formam, eadem actione reproducere: imò solutum esse à tempo-ris variabilifluxu.

Verùm audite, quicunq; etiam si-tis amici naturæ, & hostes gratiæ: defi-cit in radice vestra herbula Pelagiana: Ratio enim non renata, sibi relata, nescit, nescit potentiam illam Dei, in resuscitatione mortuorum exe-rendam, quomodo igitur illam exi-met à temporis & motus naturali ra-tione.

Sane ratio aliquomodo imbuta co-gnitio-

gnitione Scripturæ ut Logici Suitici
Fonsecæ, item Toleti, Suarez. potentia
Dei concedet talem immunitatem à le-
gibus naturalibus, temporis, loci, motus:
sed quid fieri de ratione Grezeri, petulica
illa, stulta? Annon illa iterabit, hoc in
articulo etiam nugas suas blasphemias:
Non potest, non potest Deus exci-
tare idem numero corpus corruptū,
quia est impotens: Non enim potest
judicare controversiam aliquam
per verbum scriptum: Non igitur
potest judicare hanc controversiam
contra Erhnicos, Durandum, Marsi-
lium, dicentes, non posse Deum ab-
soluta sua potentia hoc facere. Eth-
nici contradicentes evincēt causam.

Quod si quis tamen velit rationi
non renatae nimium blandiri, & eidem
potentia divina notitiam largiri, audi-
at quæsio, quid Christus de resurrectione
disputans, dicat Matth. 22. v. 29. Erra-
tis (Saducei, Et hnici omnes) nescientes
scripturas, unde tibi duximus & Deum, nec
potentiam Dei.

E

Et sane, si maximè gustus aliquis
esse trationi illius potentie divine, qui
tamen solius Christianæ est fidei, proflu-
ens ex potentia Dei Patris, in resurre-
ctione Christi ostensa Phil. 3. v. 10. 11.)
ramen voluntatem Dei veri, Patris,
Filij & Spiritus sancti, quod velit resu-
scitare mortuos ignorat. Cognitio n. vo-
luntatis divine est in ouere πνευματικη̄
Coloss. 1. v. 9. Et Ioh. 5. potentia n. volu-
tas Patris, & Filij immo Spiritus S. indi-
visè connectuntur v. 17. 19. 21.

Ex igitur ex Ecclesia Suâ rancida
Gryzere, grûniens, Articulum resur-
rectionis fundum in notionibus rati-
onis Ethnicis invenire: Spongia, Scu-
tica, dignus es Logice Suita, Fonseca,
in Logicis tuis ex formâ appetitu resur-
rectionem demonstrans.

Resurrectio mortuorum est opus. SS.
Trinitatis majus ipsa creatione, & con-
servatione. Ioh. 5. v. 20. Chem. 3. l. Har.
Evang. p. 175. Majus enim est, ait A-
thanasius ἀντὶ ζειν̄ quam uti ζειν̄.

At qui vero, Bellarmino Esauita teste
creas

creatio Philosophicè invaluit contradictionem, est rationi falsa, absurdum, impossibilis, quanto igitur magis resuscitatio mortuorum.

6. Ethnici spem nullam habent. 1. Thess. 4. v. 14. Plato Philosophus acutissimus lusisse potius, quam verum affirmare voluisse dicitur ab Augustino lib. 22. Civitat. Dei cap. 28. Vide Aretrium in problem. p. 54.

Sed ex sententia Logici Sutici, Fonsecæ, facile ex argumento de formæ appetitu potuissem spem resurrectionis sequela syllogistica sibi somniare.

7. Augustinus lib. 22. Civitat. cap. 20. disputat de Antropophagis, & ait carnem devorati, tāquam mutuo sumptam, instar aeris, esse reddendam suo corpori.

At qui vero quid hic Logica Fonsecæ Pelagiana concludet? qui devoravit vel 10. aut 12. & interim alios gene raravit liberos, qui carnis & sanguinis illius uenaciviney quomodo reddet devoratis partes?

An

An non unaquaq; anima forma devorantis, liberorum procreatorum ex Anthropophago, item devorati appetet suam, suam materiam?

Hic mira & ancesps fiet pugna: hic vagus & varius appetitus formarum, quanta turba, quanta rapina: Huc, buc, Gryzere & dic, Non potest, Non potest, Deus resuscitare mortuos? quia implicabitur contradic^{tio}, Idem futurum est non idem, unum futurum est non unum, sed duo plura, &c.

Huc, huc, Logice Esauitice Fons seca, & formam tuam Syllogisticam adhibe, ex ea concilia tantas animarum turbas. Huc, huc, Tannere clama, in forma, in forma. Anno Christi 1582. Nobilis quidam Polonus alium nobilem imperfectum comburi jussit, cineres combusti cadaveris, furfuribus mixtos, porcis devorandos proposuit. Osland. Cent. 16. par. p. 944. Hic querro ex Suita, quomodo appetitus ille forma postulaturus sit suam materiam,

V. suum

Suum corporibus jam intimè mixtam.
Anne & sues illæ sunt resurrectura, &
de injuria conquestura. Sed valete Sui-
tae Pelagiani, & invicem vos mordete
Sues.

Scribit *Suita Bellarm. cap. 3. lib. 3.*
de Euchar. 3. p. 667. Mysterium re-
surrectionis mortuorum, Philoso-
phis semper impossibile vitum, sem-
per à fidelibus creditum est, & nunc
etiam à Lutheranis & Calvinianis
creditur, si tamen creditur.

Pro Calvinianis, Bellarmino, nihil
dicam: videant illi, quomodo non verè
accusentur negati hujus articuli, præ-
sertim cum dicant, Deo impossibile esse,
corpus vivum in multis locis præsens si-
stere: quod idem est, ac si dicant, eidem
impossibile esse, idem numero corpus in
multos pulvrisculos redactum, resuscita-
re: De causa Lutheranorum respondeo,
te insigni mendacio illis injuriam face-
re, imò tuis *Suitis Philosophis, Logico,*
Fonsecæ, aliisq; dicam scribere: Illorum
enim sequela Syllogistica de formæ ap-
petitio

I E S V I T I C V M . 207

perit u , pariet ipsis resurrectionis articu-
lum , pariet veram hanc querelam , My-
sterium resurrectionis à Iesuitis eo-
rumque similibus non creditur : Si e-
nim ratione capitur , non creditur ,
imò parum refert sive credatur , sive
non.

*Face*ssant igitur impia*&* ineptiæ Syl-
logisticæ Esauiticæ , in articulo resurrec-
tionis , creditu difficultimo .

E X E R C I T A T I O III.

avridwæg offerens Gryzero pro
Honorario Polycar-
piano , &c.

S E C T I O I .

Reponens Suitæ Gretzero
Suem , proilla calumnia ,
qua B. Lutherum procla-
mat Scurram , porcum
bipedem .

V 2 The-